UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

De ascensu in templum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

Visual Library

DE VITA DOMINI AB anno ætatis ſuæ duodecimo vſq; ad trigeſimum. Luc. ſecundo.

PRIMO: quomodo ſubditus erat, & obediens parentibus.

Secundò (Proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia, &c.)

Tertiò: videtur fabrilem artem exercuiſſe; cum dicat ſanctus Marcus cap. 6. (Nonne hic eſt faber?)

DE ASCENSV IN TEMplum anno duodecimo. Luc. ſecundo.

PRIMO: natus IESVS annos duodecim, è Nazareth profectus eſt Hieroſolymam.

Secundò: remanſit illic neſciis parentibus.

Tertiò: poſt triduum inuenerunt eum in templo, ſedentem inter do-

ctores; & ipſe illis cauſam moræ percontantibus, reſpondit: (Neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe?)

DE BAPTISMO EIVS.
Math. tertio.

PRimò: Matri valedicens, è Nazareth ad Iordanis flumen ſe contulit, vbi tunc Ioannes baptizabat.

Secundò: baptizatus eſt à Ioanne, excuſante ſe primum de indignitate; ſed compulſo his verbis: (Sine modo; ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.)

Tertiò: deſcendit Spiritus ſanctus ſuper eum, & vox de cœlo ſic atteſtans (hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.)

(o)